

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 6: De ipocrisis (6)

Ieronimus super illud Iob XV: Congregatio enim ipocrite sterilis, ait:

Congregant ipocrite bona opera, sed eorum sterilis est ipsa congregatio,  
quia per hoc quod agunt, fructum recipere in eterna retributione non appetunt,

unde in auctoritate illa subditur,  
et ignis devorabit tabernacula ipsorum.

Vnde recte subditur: Congregatio enim hypocritae sterilis.

Coepta enim bona non amitteret, si hypocrita non fuisset.

Congregant uero et hypocritae bona opera, sed eorum sterilis est ipsa congregatio;  
quia per hoc quod agunt fructum recipere in aeterna retributione non appetunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 12.53 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.666, ll.65-70).

Et ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt (Iob 15:34).